



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 348. De manis traditis in villa Breco in pago Huuetigo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
890 vsque
900 re-
gnante
Arnolfo

§. 348.

Tradidit alfricus pro se et pro uxore sua othilburch V. mans. et omnia quae habuit in *breco* (L).

§. 349.

Tradidit hiddi (M) pro foreore sua aluered et pro uxore sua eruli I famul. in *sualdesbus* et aliam familiam in *burium*.

§. 350.

De villa
Breco in
pago
Huueti-
go.

(L) Villam *Breco* fuisse in pago *Huuetigo*, dicit Saracho noster in suo Registro B. et P. A. Corb. Intelligimus ergo, designari vicum *Breca* desolatam, olim partem vici dicti *Olden-Lüde*, itidem desolati. E situ huius villae conclusimus, *Alfricum* referendum esse ad stemma Widikindeum, eundemque fuisse filium *Bardonis I*, de quo egimus iam supra §. 104.

De villis
Sualdes-
bus et
Buriun
in pago
Heffi Sa-
xonico.

(M) *Sualdesbus* et *Buriun* villae collocantur, praesente abbate nostro Sarachone, in pago *Heffi Saxonico*. De villa *Buriun* confer §. 33. not. (v) et de villa *Sualdesbus* §. 314. not. (T) vbi diximus, designari loca, puta *Buren* haud procul a *Dimola* fluuio, et *Saenhusen*, in dynastia *Defenberg* sita. Dubitat nemo, familiam *Brunonianam* seu *Ludolfinam* in eandem regionem passim dominatam esse, atque amplissima indidem bona hereditaria possedisse. Pater enim e diplomatis, et supra iam adductis, et adhuc ineditis, *Ludolfum* ducem, *Ottonem* illustrem, *Heinricum* atque *Ottonem* caesares in eodem tractu tenuisse hereditaria bona, quae indubie ad manus eorum a potentissimo possessore castri *Brunonisburgi*, *Brunone* scilicet Angariorum duce, peruenerunt. Non ergo ad aliam familiam referamus *Hiddonem* nostrum quam ad *Ludolfinam*, oportet, cum negari non possit, *Heinricum Leonem*, *Bauariae* et *Saxoniae* ducem, iustissimum stirpis *Ludolfinae* heredem, dynastiam *Defenbergensem* possedisse. Pater id e litteris ipsius *Heinrici* ducis ad caesarem, atque ad abbatem *Corbeiensensem* *Wibaldum* anno 1157 et anno 1167 exaratis, quas e membranis adiungimus. En priores.

Serenitati ur̄e significo quod *widekindo de suaenberg* fore facta sua remisit sub hac penitentia consilio & petitione domini patherbrunnensis ep̄i & fratris sui *Volcwini* nec non aliorum amicorum suorum in placito. quod *corbeie* in rogationibus habui. omnem teutonicam terram. quam nobis *renus* diuidit. foriurauit. ad festum sc̄i iacobi transiturus. nec unquam nisi mea uocatione reuerurus. prius autem domino abbati *corbeiensis* nec non uidue & pupillis *theodorici comitis*. quem occidit. secundum consilium & preceptum meum satisfaciat & placabit. *castrum meum dasenberg* remota omni conditione uel modo gratie recepi. sicq̄. is. qui prius beneficia sua beneficii iure a me perdidit. hoc quoq̄. dimisit.

En posteriores.

Wibaldo uen̄r. sc̄e *corbeiensis* ec̄clie abbati dilectissimo domino suo *Heinricus* d̄i gr̄a *bauarie* & *Saxonie* dux deuotum obsequium cum omni sincera dilectione. quod omnia que ad honoris ur̄i augmentationem spectant equo ordine procedant. toto corde diligimus & optamus. de cetero de curte ur̄a *papenbeim*. sicut nobis insinuastis. libentissime prouidebimus & hanc curam *castellanis* nr̄is in *dasenberg* diligenter iniungemus. quod autem dominus *widekindus* coram nobis promisit & non perfoluit post reditum nr̄um ab expeditione. & si non. gratif tamen in beneplacito ur̄o et nr̄o perfoluet.

In his litteris, *Heinricum Leonem* de castro *Defenberg*, quod in terris episcopatatus *Paderbornensis* situm est atque iter trium horarum a castro *Brunonisburg*

go